



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

Anno Decimoctavo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](#)

1717.
feligi posse
dd. Commissarii
pro
Provincia S.
Antonii ex
eadem Pro
vincia.

Preter Pro
curatoris
Provinciae
Fluminis Ja
nuariorum pro
familii con
cessione.

Concessio
d. facultatis
pro Provin
cia Fluminis
Januariorum.

Clausula.

Sedem Apostolicam Protectori exposuisset, quod dicti Commissarii Visitatores, sive ex Portugaliæ, sive ex Fluminis Januarii Provinciis hujusmodi selecti fuerant, ex se ob magnam distantiam commissum sibi munus minima adimplere poterant, ipse Alderanus Episcopus Cardinalis, & Protector de consensu, & approbatione Definitorii Generalis, & Ministri Generalis prædicti Ordinis die XI. Augusti 1688. per suum Decretum præcepit, & mandavit, ut de cætero in Capitulis Provincialibus prædictæ Provinciae Sancti Antonii tres Religiosi feligi posset, iisque Ministri, vel Commissarii Generalibus pro tempore existentibus proponi deberent, ad hoc, ut unum ex his in Commissarium Visitatorem ejusdem Provinciae constituerent, & deputarent, & in defectum primi, alterum subrogarent, quam quidem deputationem ad eamdem Provinciam quamprimum remittere deberent, ad hoc ut Commissarius Visitator intra tempus a Constitutionibus Ordinis hujusmodi præscriptum Visitationem assumere, & completere posset, & alias, prout in ejusdem Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectori Decreto ac Literis Apostolicis in simili forma Brevis die 28. ejusdem mensis Augusti super illius confirmatione emanatis, quorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus uberioris continetur; Sicque prædicta Provincia S. Antonii hucusque gubernata fuit.

¶. 1. Cum autem sicut eidem expositi subjungetur, memoratus Antonius Procurator, quo prædictis inordinationibus, quibus dicta Provincia sua de præsenti obnoxia referitur, occurrere valeat, prædictæ sua Provincia eamdem facultatem, quæ Provincia S. Antonii concessa fuit, a Nobis concedi plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

¶. 2. Nos igitur ipsius Antonii Procuratoris votis in præmissis, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latris, si quibus quomodo libet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore cententes, Injusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui relationes jam defuncti Procuratoris Generalis, & dilecti filii Moderni Vice-Prioris Generalis dicti Ordinis Discalceatorum, & Recollectorum super eisdem præmissis dictis Cardinalibus factas audiverunt, consilio, Fratribus Definitorii primodictæ Provinciae facultatem eligendi in eorum Capitulis Provincialibus tres Religiosos benemeritos, & quos magis idoneos judicaverint, eosque Ministri, vel Commissarii generalibus pro tempore existentibus proponendi adhuc, ut ex iis tribus unum Commissarium Visitatorem ejusdem Provinciae constituant, & deputent, & in defectum primi alterum subrogent, ac deputationem ad eamdem Provinciam quam primum remittere debeant, ut Commissarius Visitator intra tempus a Constitutionibus præscriptum Visitationem assumere, & completere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentum concedimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

¶. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia

plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Caifarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si securus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

¶. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciarum, & ordinis hujusmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratus statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo libet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contraria quibuscumque.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die VII. Septembbris MDCCXVII. Pontificatus Nostri Anno Decimo septimo.

Statuitur, ut Capitulum Gen. Monachorum Congregationis Reformatae S. Bernardi deinceps habeatur singulis sexenniis.

Conf. ed. 1710. Oct. 3. P. 10. avocata fuit lis super equalitate officiorum. Et Conf. ed. 1719. Apr. 3. P. 19. confirmatur præsens Constitutio.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CLXII.

Dat. 4. Maii.
1718. An. 18.
Causa cele
br. ndi C. pi
tulum figura
lis sexenniis,
& non am
plius tren
niis.

Cum (sicut accepimus) in Congregatione Reformatae Sancti Bernardi Monachorum Ordinis Cisterciensis, usus Capitulum Generale, in quo tam Abbas Generalis, quam alii Primarii ejusdem Congregationis Superiores eligi conふerunt, de triennio in triennium celebrandi hactenus invaluerit; Experiencia vero compertum fuerit, ex adeo frequenti Capituli hujusmodi celebratione, ac Superiorum mutatione multiplicia universæ Congregationi prædictæ adferri incommoda, & detrimenta, tum ob graves, quas singulæ Provinciae ratione ipsius Capituli quolibet triennio, non sine eaurum, & Monasteriorum notabili onere, & damno facere tenentur, expensas; tam etiam ob diutinam eorumdem Superiorum ac præcipuorum Religiorum, qui pene continuos itinerum labores subire, ac non modicum tempus in accessu, mora, & recessu a loco Capitulari absumere coguntur, a suis Provinciis, & Monasteriis absentiam. Quibus pariter accedit, quod ubi vis prædicti superiores debitam rerum ejusdem Congregationis, ac qualitatum Monachorum sue curae commissorum cognitionem nacti fuerint, munerum suorum eveniat vacatio. Nos considerantes pro ipsis Congregationis ejusque Monasteriorum & personarum levamento, ac felici prosperaque eorum directione, nec non Monastica disciplina conservatione expediens fore, dicti Capituli celebrationem de triennio in sexennium deinceps differri, ac proinde illorum utilitati, & commoditati, quantum cum Domino possumus, consulere cupientes, de particulari Congregationis nonnullorum ex Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus ad id a Nobis specialiter deputatorum, qui ejusmodi negotium mature, & accurate perpenderunt consilio, ac etiam motu proprio, ac ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostri, deque Apostolicae potestatis plenitudine, ut de cætero Capitulum Generale prædictæ

Statutum
præd. motu
proprio fa
cium.

Congrega-

Congregationis quolibet sexennio a proxime futuro Capitulo Generali, quod die nona currentis mensis in Monasterio Sancte Pudentianæ de Urbe ejusdem Congregationis celebrandum erit incipiendo, atque ita perpetuis futuris temporibus de sexennio in sexennium continuando celebretur; ita tamen ut majoris partis Vocalium, qui proximum Capitulum prædictum constituent, defuper accedat consensus, dictumque negotium, ac præsentes Literæ sub initio ejusdem Capituli Generalis per dilectum filium nostrum Franciscum ejusdem S. R. E. Presbyterum Cardinalem Barberinum nuncupatum, qui dicitur Congregationis apud Nos, & Sedem Apostolicam Prosector existit, proponantur, tenore præsentium statuimus, & ordinamus.

Clausula.

S. 1. Decernentes easdem præsentes literas, firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter & inconcuse observari: siveque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Caufarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & alios quoslibet quacunque præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis & eorum cui libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & definiri debeare; ac irritum, & inane si secus super his a quo quam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 2. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dicitur Congregationis, ejusque Provinciarum, & Monasteriorum quorūcumque & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis, eidem Congregationi, ejusque Provinciis, & Monasteriis, ac Superioribus, & personis quibuslibet, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac consistorialiter, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, ac plures approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores, formas, & occasiones præsentibus, pro plene, & sufficienter expressis, insertis, servatis, & specificatis respetive habentes, illis alias in suo robore permanensur, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariai quibuscumque.

S. 3. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem profus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostendæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die IV. Maii MDCXVIII. Pontificatus Nostri Anno Decimo-octavo.

Bullarii Rom. Contin. Pars VI.

Confirmatur Decretum Congregationis Episc. & Reg. de nomine Provinciae S. Iovinis Congregationis Gallicanæ Tertiæ Ordinis S. Francisci; Conf. ed. 1708. Aug. 9. P. 8. est de electione Vicarii Gen. pro Provincia Lugdunen. Et Benedicti XIII. Conf. ed. 1724. Maii 2. P. 1. agitur de transitu Fratrum Provinciae S. Joannis in alios Ordines.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. 14. Maii
1718. An. 18.

Ex Decreto
Ministri Gen.
an. 1647 edito
Provinciae
Gallicanæ
Tertiæ Ordini
nominibus Titulari
& non
Provinciae,
vel districtus
appellantur.

Nuper pro parte dilecti filii Justiniani Guar
diani Conventus Sanctæ Marie Miraculorum
de Urbe, & Procuratoris Provinciae Sancti Iovinis
Congregationis Gallicanæ Tertiæ Ordinis S. Franci
ci Congregationi Venerabilium Fratrum No
strorum S. R. E. Cardinalium negotijs, & Consulta
tionibus Episcoporum, & Regularium præpositæ
exposito, quod alias nempe anno 1647. num. 1.
Joanne a Neapoli, dum vixit, Ministro Generali
totius Ordinis ejusdem Sancti Francisci decretum
fuerat, quod Provinciae ejusdem Congregationis
Gallicanæ nominibus Sanctorum titularium; mi
nime vero Provinciae, & Districtus eorum voca
rentur; & in eadem expositione subiuncto, quod
nonnulli Congregationis Gallicanæ hujusmodi Re
ligiosi contra formam Decreti ab eodem Joanne
Ministro Generali editi, se vocari facere præsu
mebant; ideoque pro parte dicti Justiniani eidem
Congregationi Cardinalium supplicato, ut Decre
tum hujusmodi omnino servari mandaret; eman
avit a prædicta Congregatione Cardinalium Decre
tum tenoris, qui sequitur, videlicet - Sacra Con
gregatio Eminentissimorum, & Reverendissimo
rum S. R. E. Cardinalium negotijs, & Consulta
tionibus Episcoporum, & Regularium præposita,
referente Emo Casono mandavit, quod pro nunc
citira præjudicium jurum ambarum partium in
hoc Conventu tantum Sanctæ Marie Miraculorum
Urbis servetur dictum Decretum Ministri Gene
ralis de anno 1647. ita quod recipi non debeat
in prædicto Conventu Guardiani, aliquie Officia
les, quotiescumque in eorum Literis Parentalibus
ultra nomen Sancti, apponatur etiam illud Provin
ciae, vel Districtus eorum. Quo casu Guardiani,
& alii Officiales in posterum deputandi, si præsen
taverint Literas cum expressione Provinciae, possint
per tres menses tantum a die exhibitionis earum
dem Literarum Officia exercere, quibus elapsis,
eadem Officia exerceantur per Seniores cujus
cumque Provinciae, donec veniant aliae Literæ
cum sola enunciatione Sancti earum respetive
Provinciarum, exclusis interim Patribus de Pro
vinciis, quæ confentire, & obedire contumaciter
noluerint præsentis Decreto - Romæ 10. Martii
1718. - F. Cardinalis de Abdua - J. Archiepisco
pus Damascenus Secretarius.

S. 1. Cum autem sicut dictus Justinianus No
bis subinde exponi fecit, ipse secundo dictum De
cretum, quo firmius substat Apostolica Confirmationis Nostra patrocinio communiri plurimum desideret; Nos ipsum Justinianum specialibus fa
voribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastice sententiis, censuris, & penis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus homine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præsertim præfata Congregationis Cardinalium Decretum auctoritate Apostolica tenore præsentium approbamus, & confirmamus, illaque inviolabilis Apostolica firmatissimis robur adjicimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

Preces Guar
diani D. Con
ventus.Confirmatio
relati Decre
ti.

ccc 3

§. 2. De-

1718.

Clausulæ.

S. 2. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus sortiri, & obtinere, ab illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari: Sique in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis Gallicanæ, & Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus; Privilegiis quoque, indulxit, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XIV. Maii MDCCXVIII. Pontificatus nostri Anno Decimo-octavo.

CLXIV.

Confirmatur Decretum Congregationis Indulgentiarum de communicatione Indulgentiarum Congregationis Lateranensis Congregationi Canoniconum Windesinen, in utraque Germania.

Inn. XIII. Conf. ed. 1722. Maij 19. P. 1. declaratur hujusmodi fruitio Indulgentiarum pro Canonice superioris Germanie.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Petition facta pro communicatione Priviliegiorum, & Indulgentiarum Congregationis Lateranen.

Decretum Congregationis Indulgentiarum pro concessione Indulgentiarum tantum.

Nuper pro parte dilecti filii Bernardi Goeken Prioris Monasterii Georgimontani in Granhof Hildefimen. Dicæsis, & Præpositi Generalis Canonorum Regularium Congregationis Windesinen, Ordinis S. Augustini in utraque Germania Congregationi venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Indulgentiis, & sacris reliquis præposita exposita, quod ipse prædictam suam Congregationem, ejusque Ecclesiæ tam eorumdem Canoniconum, quam Canonissarum, omnium privilegiorum, & gratiarum, quibus Congregatio Canoniconum Lateranensis fruitur, necnon Indulgentiarum in Sanctorum Augustini, & Monicæ illius Genitricis, Patritii, Frigidiani, & Ubaldi Episcoporum festis diebus, & die s. mensis Martii, qua omnium Sanctorum Ordinis prædicti commemorationib. ibidem fieri solet, ac aliarum Congregationi Lateranen. ejusdem Ordinis S. Augustini a Sede Apostolica concessarum participem per Nos declarari plurimum cupiebat, quemadmodum in quibusdam fe. re. Urbani VIII., & Innocentii XII. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum annis 1624. & 1691. respetive expeditis literis constare dicebatur. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet. Sacra Congregatio Indulgentiis, sacrificisque Reliquis præposita declaravit Ecclesiæ Canoniconum, & Canonissarum Congregationis Windesinenis ubique existentes participes esse omnium Indulgentiarum, quibus gaudet Congregatio Canoniconum Regularium Lateranensem. Quam Sacra Congregationis sententiam per me Secretarium, Sanctissimo Domino nostro relatam die 23. ejusdem mensis Sanctitas Sua benigne approbavit. C. de Hieronymis Sec.

S. 1. Cum autem, sicut dictus Bernardus Prior, & Præpositus Generalis nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsius Bernardi Prioris, & Præpositi Generalis votis, hac in re quantum cum Domino possimus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innotatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

S. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; sique in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contraria quibuscumque.

S. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impresi manu aliquicis Notarii publici subscriptis, & sigillo Persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique adhibetur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostendenda.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Julii MDCCXVIII. Pontificatus nostri Anno Decimo octavo.

S. 1. Cum autem, sicut dictus Bernardus Prior, & Præpositus Generalis nobis subinde exponi fecit, ipse Decretum hujusmodi, quo firmius subsistat Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret. Nos ipsius Bernardi Prioris, & Præpositi Generalis votis, hac in re quantum cum Domino possimus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innotatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum præinsertum auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolica firmatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis Cardinalium.

S. 2. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integrorum effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; sique in præmissis per quoscunque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contraria quibuscumque.

S. 4. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impresi manu aliquicis Notarii publici subscriptis, & sigillo Persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique adhibetur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibita, vel ostendenda.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXX. Julii MDCCXVIII. Pontificatus nostri Anno Decimo octavo.

ANNO

1718.

Preces Præ-

positi Gen.

Confirmatio
relati Decre-
ti.

Clausulæ.

CLXV.

Confirmatur, & innovatur Constitutio Clementis X. revocans, & prohibens privilegia personalia pro Provinciis Fratrum Min. Diæcalc. in Braflia.

Laudata Constitutio ed. fuit pro Reformatis an. 1672. Oct. 7. P. 3. & hic refertur. Hujus Pontificis Conf. ed. 1717. Sept. 7. P. 17. extat Statutum de Visitatore Provinciae Conceptionis Fluminis Januarii. Et Conf. ed. 1720. Sept. 7. P. 20. abalentur indulta Lectorum, Prædicatorum, & Magistrorum Reform.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Admonet Nos suscepit cura regiminis universalis Ecclesiæ, ut illa, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris pro felici Christifidelium, qui abnegantes semetipsos & fluitibus saeculi in Regularis vita portum congerunt direktionem, & quiete salubriter constituta esse dignoscuntur, quo servetur imposterum exactius, innovemus, & Apostolica Confirmationis nostra patrocinio constabiliamus.

S. 1. Dudum siquidem a fel. rec. Clemente PP. X. Prædecessore nostro emanarunt literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur. Videlicet.

S. 2. CLEMENS PP. X. Ad perpetuam rei memoriam. Sacrofæcit Apostolatus Officium, quod inscrutabilis Divinae Sapientiae, atque Clementia altitudo humiliatæ nostræ, mentis licet, & viribus longe impari committere dignata est fa-

Dat. 20. Aug.
1718. An. 18.

Exordium.

Constitutio Clem. X. qua
revocata fue-
& in po-
sterum pro-
hibita pri-

Inbriter

1718.

vilegia personalia, non nullis exceptis, cum pœnis in contravenientes.

lubriter exequi jugi vigilantia fatigentes, in eam præcipue curam sollicitis studiis incumbimus, ut Christifideles Altissimi obsequiis sub suavi Religionis iugo mancipati, sublati iis, que regulari eorum observantie, atque disciplina detrimen-tum adferre noscuntur, juxta regularia eorum Instituta prospere dirigantur, illisque firmiter insistentes, multiplicibus in dies, benedicente Domino, proficiant incrementis. Cum itaque (sicut accepimus) in ordine fratrum Minorum S. Francisci de Observantia, & Reformatorum, seu strictioris observantie nuncupatorum introductus fuerit abusus, ut passim fratribus Indulta voti perpetui, aliqua privilegia personalia concedantur, ex quo magnam relaxationem ostium aperiatur, & gravissimum paupertati & humilitati, quas dictus ordo prohtetur, documentum infert: Nos, qui Regularem disciplinam ubique vigere, & omnem illius relaxationem viam præcludi summopere cupimus, de opportuno remedio quantum cum Domino possumus, providere volentes, ac fel. rec. Urbani VIII. prædecessor nostri vestigiis inhærentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura delibera-tione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitude omnia, & quæcumque Indulta, seu privilegia personalia quomodocumque nuncupata, quibusvis dicti Ordinis Fratribus cujuscumque dignitatis, qualitatis, & conditionis existant (Charismorum in Christo filiorum nostrorum Regis Romanorum in Imperatorem electi, & aliorum Regum Concionatoribus, & Confessariis dumtaxat exceptis) quocumque titulo, prætextu, causa, & occasione; & ad cujusvis instantiam, & supplicationem; tam a Nobis, & Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & a quibusvis S. R. E. Cardinalium Congregationibus, quam etiam a Venerabili Fratre nostro Francisco Episcopo Ostien. ejusdem S. R. E. Card. Barberino nuncupato dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectore, aliisque ejusdem Ordinis Protectoriibus, ac a quibuslibet Ordinis hujusmodi superioribus haec tenus quo modo contra, & præter Regularia Ordinis prædicti Instituta, per Apostolicas Constitutiones concessis harum serie perpetuo revocamus, annullamus, cassamus, abrogamus, & abolemus, illaque perpetuo revocata, cassata, abrogata, & abolita, viribusque, & effectu vacua fore, neminique ullatenus suffragari, neque de cetero a quoquam concedi posse; sicutque per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos etiam Causarum Palati Apostolici Auditores ubique judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si fecis super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atten-tari decernimus. Mandantes propterea in virtute Sanctæ obedientiae, ac sub excommunicationis, privationisque suorum officiorum, ac vocis activa, & passiva penitentia eo ipso incur-rēndis, dilectis filiis Ministro, ac Vicario, seu Commissario Generalibus, & Ministris Provin-cialibus, aliisque dicti Ordinis Superioribus, ut quamprimum præsentes nostræ literæ ad eorum notitiam pervenerint, omnes, & singulos Pa-tres, & Frates Ordinis hujusmodi similia Indulta, seu privilegia habentes, illis eo ipso privatos, & spoliatos esse declarant, nec quemquam illis uti sinant, vel permittant, inobedientes quoslibet, & rebelles opportunis Juris, & facti remedii juxta Regularia ejusdem Statuta Apostolica autoritate confirmata, omni, & quacumque appellatione, reclamatione, & re-curso remotis compescendo. Non obstantibus præmis, ac quibusvis literis Apostolicis super concessionis, seu confirmationis concessionis pri-vilegiorum hujusmodi emanatis, aliisque Ordinationibus, & constitutionibus Apostolicis, nec non dicti Ordinis, etiam Juramento, Confr-

matione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-boratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis sub qui-buscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & in-solitis clausulis, & Decretis, etiam motu, scien-tia, & potestatis plenitudine paribus in genere; vel in specie, seu alias quomodolibet in contrarium præmisorum concessis, confirmatis, & in-novatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, ex-presa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem impor-tantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ser-vanda foret illorum omnium, & singulorum te-nores præsentibus pro plene, & sufficienter ex-pressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanens ad præmisorum effe-ctum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impres-sis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate con-tutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, qua ipsi præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pif-catoris die 7. Octobris 1672. Pontificatus nostri Anno Tertio.

§. 3. Cum autem sicut dilecti filii Fratres Pro-vinciarum S. Antonii, & Immaculæ Concep-tionis in Brasilia Ordinis Fratrum Minorum San-cti Francisci Discalceatorum nuncupatorum No-bis nuper exponi fecerunt, ipsi ne imposterum in Provinciis hujusmodi ambitionis, & relaxa-tionis laxentur habentæ, præinsertas literas per Nos confirmari, ac alias opportune in præmisis a Nobis provideri, & ut infra indulgeri pluri-mum desiderent. Nos inviolabili præinsertarum literarum observationi quantum cum Domino possumus, per amplius consultum esse cupientes, ipsosque Exponentes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares per-sonas a quibusvis excommunicationis, suspen-sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sen-tentiis, Censuris, & penitentia a jure, vel ab ho-mine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes, sup-plicationibus eorum nomine Nobis super hoc hu-militer porrectis inclinati, de Venerabilium fra-trum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regula-rium, qui dilectum filium modernum Procura-torem Generalem dicti Ordinis super præmisis audiverunt consilio, præinsertas Clementis Præ-decessoris literas cum omnibus, & singulis in eis contentis pro dictis duabus Provinciis Apo-stolica auctoritate tenore præsentium perpetuo confirmamus, & approbamus, ac quatenus opus sit innovamus; necnon insuper Indulta, seu pri-vilegia personalia hujusmodi etiam a nunc & pro-tempore existente nostro, & dicta Sedis in Por-tugallia, & Algarbiorum Regnis Nuncio, con-cedi minime posse, ac concessa nullum habere vigorem, nec executionem dicta auctoritate ha-crum serie decernimus, & declaramus.

§. 4. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, quæ in præinsertis literis idem Clemens Prædecessor volunt non obstat, ceterisque con-trariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præsen-tium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscri-

ptis, Pro-
vinciarum in
Brasilia.

Confirmatio
recentie
Constituicio-
nis cum no-
va prohibi-
tione eorum
dem privile-
giorum.

Clauſule.

ptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis praesentibus habetur, si forent exhibita vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Augusti MDCCXVIII. Pontificatus nostri anno Decimo octavo.

CLXVI.

Declaratur nullus Tractatus Pacificationis inter Abbatem S. Galli, & Magistratus Bernen., & Tigurin. initæ, Catholice Fidei, & Ecclesiæ juribus noxiæ.

Ab Urb. VIII. Conf. ed. 1641. Jun. 5. Ecclæ jura præservata fuere a quibuscumque præjudiciis: Hujus Pontificis Conf. ed. 1712. Jul. 19. P. 12. nulla declarata fuit Concordia inter Ecclesiasticos, & Syndicos Terre Villarii. Et Benedic. XIII. Conf. ed. 1726. Feb. 14. P. 2. nullum declaratur juramentum fidelitatis, exhibutum Potestati Seculari in Sabaudia a Præposito Hospitalis Mag. S. Bernardi.

Dat. 10. Dec.
1718. An. 19.

C L E M E N S P A P A X I.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Romanus Pontifex æqui, bonique Supremus Assessor in Terris a Domino constitutus, Catholicæ fidei integratem, necnon Ecclesiasticam libertatem, & immunitatem, aliaque Ecclesiarum, Monasteriorum, Conventuum, ac locorum Ecclesiasticorum quorumlibet, illorunve personarum jura sarta tecta tueri, & adversus quacumque passiones, & conventiones, per quas illis aliquid detrimenti inferri possit, tradita sibi divinitus potestate asserere tenetur, sicut omnibus matura considerationis trutina perpenitus æquitati, & justitia consentaneum esse in Domino arbitramur.

S. 1. Cum itaque, sicut ad Apostolatus nostri notitiam non sine gravi animi nostri molestia pervenit, novissime, nempe die 15. Junii proxime præteriti in Oppido Badensi, dilectus filius Joseph a Rodulphis modernus Abbas Monasterii dicti S. Galli Ordinis Sancti Benedicti nullius Diœcesis Provinciæ Moguntinae ex una, ac Magistratus Paganorum Bernensis, & Tigurini, eorumque respectivæ Ministri, seu Deputati ex altera partibus, super diversis controversiis, ob quas dudum inter eosdem Pagos, & bon. mem. Leodegarium, dum vixit, memorati Monasterii Abbatem, non ita pridem ab humanis exemptum, etiam ad arma deventum fuerat, tractatum quendam pacificationis inierint, in plures articulos distinctum, quorum plerique in Comitatu Dosgiensi ejusdem Monasterii ditione subiecto, non modo hereticis hominibus nefariae sive heresos exercitum libere permittit, sed ipsi hereticis una cum Catholicis, perinde acsi esse posset societas luci ad tenebras, & participatio justitia cum iniquitate, ad judicium Consiliariorum Magistratum, aliaque publica munia, officia, seu ministeria, omnino æquilater, & absque ullo prorsus discrimine admittuntur. Præterea, quod vix credi potest, Parochis Acatholicis accurata puerorum instructio non utique in aliis, nisi ejus quam prouidentur, adeoque damnata. Religionis dogmatibus enixe commendatur, aliaque multa non minus Orthodoxæ fidei, divino cultui, atque animarum saluti adversantia, quam Monasterii supradicti, illiusque Abbatis, Monachorum, aliarumque personarum jurisdictioni, autoritati, exemptionibus, privilegiis, rebus, bonis, ac juribus prorsus repugnantia, & infensa approbantur, statuantur, & firmantur, & alias prout in Instrumento, seu scriptura super tractatu pacificationis hujusmodi confecto, seu confecta, & subinde forsitan utrinque ratificato, seu ratificata uberiorius dicitur contineri.

In Tractatu hujusmodi permittitur exercitium heresos, hereticis conceduntur publica munia, & puerorum instructio.

S. 2. Tametsi vero eundem tractatum per se manifeste nullum, ac irritum esse palam constet, notoriisque juris sit quascumque conventiones, seu passiones de rebus, ac bonis Ecclesiasticis absque Apostolica Sedis auctoritate initas nullius esse roboris, vel momenti: quinimmo felic. record. Urbanus PP. VIII. Prædecessor Noster, Sedis prædictæ, ac Romanæ, inferiorumque Ecclesiarum, necnon personarum Ecclesiasticarum quarumlibet Jura quibuscumque præjudicialibus per quamdam Constitutionem die 5. Junii 1641. editam amplissime præservaverit; adeoque tractatus prædictus nulla vere ad sui reprobationem ulteriori nostra abrogatione indigeat; nihilominus, ne tam gravia per illum Orthodoxæ non minus Religioni, quam Apostolica auctoritati inflicta vulnera silentio præteriisse, Nostrique propterea pastoralis Officii debito deesse videamur, ita Nos hac in re gerere statuimus, ut nostri etiam vigore judicii nulla unquam tractatus prædicti ratio habeti possit. Hinc est, quod Nos Catholicæ fidei conservationi, necnon hujus Sanctæ Sedis, Monasterii Sancti Galli, illiusque Abbatis, & Monachorum, aliarumque ejus personarum, locorum, bonorum, ac jurium quorumcumque indemnati providere cupientes, memoratisque Urbani Prædecessoris vestigiis inherentes, necnon Instrumenti, seu scriptura tractatus pacificationis hujusmodi, omniumque & singulorum inibi contentorum, & aliorum quorumcumque etiam specificam, & individuam mentionem, ac expressionem de necessitate requirentium tenores, & datas etiam veriores, ceterave quilibet, etiam speciali mentione digna praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum inferitis, & exactissime specificatis habentes, post deliberationem, quam desuper cum Venerabilibus fratribus Nostris Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus contra haereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus habuimus, diligentem, de ipsorum nonnullorumque aliorum ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium super hoc eodem negotio a Nobis specialiter deputatorum consilio, ac etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine prenarratos, & alios quoilibet dicti tractatus pacificationis articulos, ceteraque in Instrumento, seu scriptura hujusmodi contenta, quæ Catholicæ fidei, divino cultui, animarum saluti, Sedi Apostolicae, Monasterio Sancti Galli, illiusque Abbati, Monachis, & aliis Personis, membris, rebus, Dominis, bonis, redditibus, jurisdictionibus, etiam temporalibus, auctoritatibus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, prærogativis, & juribus, quibuscumque quomodolibet officium, seu præjudicium, etiam minimum adferunt, aut inferre, seu intulisse, vel alias nocere, seu nocuisse quoquomodo dici, censeri, prætendi, vel intelligi possent, cum omnibus, & singulis inde sequitis, & quandocumque secuturis, ipso factio nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta, damnata, reprobata, inania, viribusque, & effectu penitus, & omnino vacua ab initio, fuisse, & esse, & perpetuo fore, neminemque ad illorum, & cujuslibet eorum, etiampli pluries ratificata, & juramento vallata sint, observantiam teneri, neque ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem aut titulum etiam coloratum, vel possidendi, ac prescribendi causam, etiampli longissimi, & immemorabilis temporis possesso, etiam circa ullam interpellationem, vel interruptionem subsequatur, acquisitum fuisse, nec esse, minusque ullo tempore acquiri, & competere posse, neque illa ullam statum facere, vel fecisse, sed perinde acsi nunquam emanasset, nec facta fuisse, pro non exstantibus, & non factis perpetuo haberi debere tenore præsentium declaramus, & decernimus. Et nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, articulos præ-

Declaratio
nullitatis ar-
ticulorum in
Tractatu Ec-
clesie juribus
præjudicia-
lium, cum
eorumdem
damnatione.

fatios,